Josep factum ad memoriam reuo
cet, et in arce castitatis se seruet,
Cum uoluptas lubrica temptat
in prosperis. haec ipsa sunt
prospera aculeo temptationis
opponenda; Ut eo erubescamus
praua committere quo nos a deo
meminimus gratuita bona perce
pisse; Non numquam uoluptas.
quae ex prosperitate nascitur.
eiusdem prosperitatis est consi
deratione ferienda quatenus
hostis noster unde oritur inde
moriatur; Prophetae dauid
uiij subito casu in luxoriam defluxit
Dum in solario deambulans alie
nam coniugem concupiuit, et ab
stulit eiusque uirum cum dam
nosu exercitus interemit,
et repentino casu cecidit cum
mens illa misteriis caelestib;
assueta inopinata teptati
one deuictae. Atque inmanis
sime turpitudinis subacta
quasi saxum de loco suo trans
latum est. cum prophetae
animus a profetiae mysteriis
exclusus. ad cogitanda turpi
tudinis uenit. ; salamon
ille quondam sapientissimus.
nimietate luxoriae superatus
inmoderato usu atque assidui
tate mulierum adhoc usque per
ductus est, ut templum idolis fa
bricaret et qui prius deo templum
construxerat assiduitate libidi
nis et iam perfidiae substratus.
idolis construere templa non
timeret. sicque factum est. ut
ab assidua carnis petulantia.
usque ad mentis perfidiam perueni
ret, quia subripiente paulisper
infusione peccati terram cordis
illius ad consummationem de
fluxit, Non inmerito iumenta
terrae nuncupantur. qui huius
uitae carna[illegible]es ima appetunt.
quos in infimis inlecebrosa uolup
tas deicit, Quib; per sacra eloquia
dicitur, Nolite fieri sicut aequus
et mulus, in quib; non est intellectus;
Uoluptatum carnis amatorib;
dicitur, Mortificate membra
uestra que sunt super terram,
Id est fornicationem inmunditiam
libidinem concupiscentiam malam;
Paulus apostolus petulantia
carnis deditos. publica inuectione

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0305